

Cupiens etiam cognoscere distantiam Arcium g & i. volve Regulam E. ad gradus 139. reperiesque ad Arcem i. puncta 662. Volve Dioptram G ad ea: Regulam verò F ad gradus 145. Reperisti porrò ad Arcem g puncta 375. Volu- tâ Dioptra H ad ea, & Regulâ foramineâ impositâ Dioptræ G. hacque directâ versus H. reperies puncta 310. Distan- tiam ergo nunc ad singulas Arces, & item distantiam ea- rum ab invicem cognoscere cupiens, sequentem compu- tationem ex perticis, quarum singulæ denos continent pe- des, diligenter observa:

Longitudo siue distantia ad singulas Arces:

A prima itatione Mensoris ad secundam sunt perticæ 100. ad tertiam verò perticæ 556. quæ faciunt pedes 8560. Hic numerus divisus per 4. constituit puncta 214. pro perticis 856. & pedibus 8560 numerata.

$$\text{Ad Arcem } \left\{ \begin{array}{l} g \\ h \\ i \end{array} \right\} \text{ sunt puncta } \left\{ \begin{array}{l} 375 \\ 562 \\ 662 \end{array} \right\} \text{ quæ faciunt perticis } \left\{ \begin{array}{l} 1500 \\ 2250 \\ 2650 \end{array} \right\} \text{ vel pedes } \left\{ \begin{array}{l} 15000. \\ 22500. \\ 26500. \end{array} \right\}$$

Longitudo siue distantia singularum Arcium à se inuicem.

$$\text{Arc. } \left\{ \begin{array}{l} g h \\ h i \\ g i \end{array} \right\} \text{ distat punctis } \left\{ \begin{array}{l} 237 \\ 200 \\ 310 \end{array} \right\} \text{ quæ faciunt perticis } \left\{ \begin{array}{l} 948 \\ 800 \\ 1240 \end{array} \right\} \text{ vel pedes } \left\{ \begin{array}{l} 9480. \\ 8000. \\ 12400. \end{array} \right\}$$

E